



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 6. Duo hujus Sermonis argumenta, nimirum Religio, & bellum contra
Turcas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI „ men mederi haud potuit, imputare
A.C. 1524. „ præsumerent; non enim Sanctitas
 „ sua privatum quærit commodum, sed
 „ eo duntaxat fine me huc Legatum
 „ decrevit, ut Principes levamen acci-
 „ perent in suis calamitatibus, a quibus
 „ penitus opprimentur, nisi præsto suc-
 „ curratur.

§. VI.

*Duo hujus sermonis argumenta, nimi-
 rum Religio, & bellum contra
 Turcas.*

Steidan. l. c. Denique Legatus ad rei summam pro-
p. 107. pius accedens ajebat. Duo sunt,
Cochl l cit. quæ mihi in mandatis dedit Pontifex,
Raynald. an. ut nimirum Religionis caussam tuear, &
1524. n. 6. belli contra Turcas gerendi necessita-
 tem ostendam. Circa primum Lega-
 tus repetiit, quæ paulo ante dixerat,
 inquiens: mirum mihi supra modum
 videtur, quod tanti Principes novam
 doctrinæ mutationem fieri patientur,
 sectamque tolerent, quæ ritus, ac veræ
 Ecclesiæ exercitia abrogant; cuius inno-
 vationis exitum plane ignoro, id tamen
 mihi persuasum est, certocertius ni
 promptum adhibeatur remedium, fore,
 ut ob rationes jam nuper a me propo-
 sitas nil nisi tumultus ac seditiones se-
 quantur: Bellum vero adversus Tur-
 cas,

cas, quod attinet, fateor equidem pe- **Sacul. XVI.**
 cunias eo fine collectas ad alios usus **A.C. 1524.**
 fuisse impensas, nec propterea tamen
 auxilium est subtrahendum Regno in
 extremis angustiis luctanti, ac jamjam
 ad illud fatale tempus redacto, ubi
 Hungariæ Turcarum jugum proxime
 impendet, nisi præsto suppeditæ ferantur:
 Jam enim Solimanus Rhodum Insulam
 suo subjecit imperio, opitulante Princi-
 pum socordia, qui Equitibus opem fer-
 re neglexerunt. Hæc dicta quidam E-
 piscopus ex Ordine Fratrum Minorum,
 qui Legatum comitabatur, iisdem om-
 nino rationibus, ac iisdem ferme ver-
 bis confirmabat.

§. VII.

Principum responso ad Legati Orationem.

Principes, postquam ob Papæ benevo- **Sleid. in eom.**
 lentiam, ac ob magnū tranquilli- **I. 4. p. 109.**
 tatis Imperio reddendæ studium Lega-
 to gratias egissent, his verbis respon-
 derunt; „perspeximus equidem mala,
 „quæ ex mutato religionis statu in Ger-
 „mania nobis impendent; unde peri-
 „culo probe cognito jam anno priori
 „Adriani Papæ felicis recordationis
 „Legatum plene instruximus de me-
 „diis, quibus dissencionum scomes impo-
 „ste-